Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

Secte hereticorum sunt .lxx. quarum in Boemia sunt quatuor. Waldenses,
Ortlibarii, Runkari, Manichei. Iste .iiii. secte communi nomine dicuntur theu-
tonice wandern, bohemice leven. Waldenses dicti sunt a Waldo magistro suo
vel a valle quia ut alii dicunt a quadam valle orti sunt qui alio
nomine dicuntur pauperes de Lugduno. Theutonice isti se vocant
dye rupesen qui latine vocantur sapientes. Dicunt enim isti quod omne
iuramentum sit mortale peccatum ¶ Item dicunt quod omnis coitus cum
legittima sit mortale peccatum ¶ Item dicunt quod omnis coitus cum legittima
sit mortale peccatum nisi fiat spe prolis ¶ Item separant virum ab uxore
et econverso alio contradicente si velit intrare sectam eorum ¶ Item
dicunt quod quilibet bonus homo sit bonus clericus et possit ab-
solvere et ligare dummodo sciat verba ¶ Item dicunt quod latrones sus-
pendere et occidere per sententiam sit mortale peccatum ¶ Item quod due vie sunt
post mortem scilicet infernus et celum, purgatorium negant ¶ Item quod luminaria
oblaciones remedia non possunt prodesse ¶ Item dicunt quod tam con-
iuges quam coniugate debent predicare ¶ Item quod predicatores non
debent laborare ullo modo ¶ Item suffragia non petunt nec ymagi-
nes reverentur ¶ Item festos dies non celebrant nec ieiunia servant
omni tempore comedunt quod eis apponitur, carnes in quadragesima come-
dunt ¶ Peregrinacionem negant ¶ Item dicunt quod malus sacerdos non
possit conficere ¶ Item dicunt quod baptismus sacerdotis in mortali existentis peccato non valet
et si baptizati fuerint a talibus [illegible] debent ab eorum sacerdotibus
rebaptisari ¶ Item dicunt quod eorum sacerdotes possint conficere ex omni
vase ¶ Item Ortlibarii dicunt quod mundus non habet principium ¶ Item
quod archa Noe sit eorum secta et periit eorum secta et quod Christus iam ad-
invenit ¶ Item dicunt quod Christus sit filius Joseph et quod fuit peccator.
Dicunt enim quod per eorum sectam salvatus sit et quod ipse sit filius dei
¶ Item dicunt Christum non esse passum ¶ Item patrem dicunt illum qui intrat sectam
eorum, filium dicunt a tali patre commissum per predicacionem, spiritum sanctum dicunt
a filio per predicacionem commissum ¶ Item dicunt cantum ecclesie clamorem
inferni ¶ Item dicunt papam caput tocius mali et doctorem erroris
¶ Item dicunt sacerdotes scriptores mendacii ¶ Item Manichei duo
principia dicunt, diabolum autem filium dicunt Luciferum qui dicunt omnia
visibilia creasse et tangibilia ¶ Item deum dicunt creatorem spirituum et
tantum ¶ Item matrimonium negant ¶ Item corpus Christi in altari ne-
gant ¶ Item dicunt quod carnes, ova, caseum non licet manducare quia
de fornicacione nascuntur ¶ Item [illegible] negant ¶ Item dicunt quod spiritus
sanctus non apparuit in igne quia sic comburerit et his similia.

Item dicunt [illegible] pauli excepta quod dicunt
quod nullus peccator non sit confitere et ieiunia (?) [illegible]